



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

7. Martij. Minus de scientiâ, plus de virtute. S. Ignat. apud Bart. l. 5. c. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

7. Martij.

*Minus de scientiâ, plus de virtute. S. Ignat.
apud Bart. l. 5. c. 8.*

Non qui multa, sed qui utilia scit, doctorum syllabo est inferendus. Quantum est in rebus inane! scire quod non prodest, proximum est ignorantia.

Nocet scire, quod non prodest, imò sæpe etiam, quod prodest. Scientia etiam inflat, nutrit arrogantiam. Sicut non est inde beatior voluntas, quòd plura cupiverit, ita nec mens est fanior, quòd plurima noverit. Sciendi appetitus prima peccandi occasio fuit.

Infelix homo, qui scit creata omnia, & nec se, nec Deum noscit: beatus autem, qui hæc scit, etiamsi illa nesciat. Ea, quæ supra nos sunt, diligere præstat, quàm intelligere. Affectus plùs instruendus, quàm intellectus.

Discamus non opinioni, sed vitæ; non oblectamento animi, sed utilitati. Discamus vivere, non loqui; operari virtutem non speculari; hoc est, medullam præ cor-
dice diligamus.

D

8. Març